

**XXXIV OLIMPIADA JĘZYKA ŁACIŃSKIEGO 2015/16**  
**ETAP CENTRALNY**

Przetłumacz na język polski poniższy fragment tekstu Marka Tulliusza Cyncerona

**Dzieje i poglądy Sekstusa Roscjusza z Amerii**

Sextus Roscius municeps Amerinus fuit, cum genere et nobilitate et pecunia non modo sui municipii, verum etiam eius vicinitatis facile primus, tum gratia atque hospitiiis hominum nobilissimorum florens. Nam cum Metellis, Serviliis, Scipionibus erat ei non modo hospitium, verum etiam domesticus usus et consuetudo. Itaque ex suis omnibus commodis hoc solum filio reliquit; nam patrimonium vi ereptum domestici praedones possident, fama et vita innocentis ab hospitibus amicisque paternis defenditur. Hic cum omni tempore nobilitatis fautor fuisset, tum hoc tumultu proximo, cum omnium nobilium dignitas et salus in discrimen veniret, praeter ceteros in ea vicinitate eam partem causamque opera, studio, auctoritate defendit. Etenim rectum putabat pro eorum honestate se pugnare, propter quos ipse honestissimus inter suos numerabatur. Postea quam victoria constituta est, cum proscriberentur homines atque ex omni regione caperentur ii, qui adversarii fuisse putabantur, erat ille Romae frequens atque in foro et in ore omnium cotidie versabatur, magis ut exsultare victoria nobilitatis videretur quam timere, ne quid calamitatis sibi accideret.

[cf. Marcus Tullius Cicero, *Pro Sexto Roscio Amerino*, 15-16]

**Objaśnienia**

Sextus, -i Roscius, -i: *Sekstus Roscjusz* [zamożny mieszkaniec Amerii; Cynceron w mowie, z której pochodzi ten fragment, broni jego syna];

Amerinus, -a, -um: z *Amerii* [Ameria - miasto o statusie municipium, leżące w południowej Umbrii];

Metelli, -orum: *Metellusowie* [jeden z ważnych rodów rzymskich];

Servilii, -orum: *Serwiliusze* [jeden z ważnych rodów rzymskich];

Scipiones- um: *Scypionowie* [gałąź rodu Korneliuszów, jednej z ważnych rodzin rzymskich];

usus domesticus: tu: *bliska znajomość, zażyłość*;

domestici praedones: *rabusie z rodziny* [mowa o krewnych, którzy nieprawnie zagarnęli majątek Roscjusza po jego śmierci];

tumultus, -us: tu: *problemy polityczne, polityczna zawierucha* [mowa o proskrypcjach zarządzonych przez Sullę w r. 82 p.n.e.];